



JUBILA METRICA

ob

Summos in Philosophia honores

RECTORE MAGNIFICO

Dn. D. JOHANNES

GERHARDO, THEO-

LOGO PER EUROPAM

DECANTATISSIMO &c.

a

DECANO SPECTABILI

Dn. M. PAULO SLEVOGTIO,

Græcæ & Hebrææ Linguarum Prof. Publ.
celeberrimo &c.

VIRO-JUVENI

Humanissimo, Doctissimo

Dn. SIMONI ZSCHUGNERO,

Möllenbachio-Thuringo, S S. Theol.

Studiofo indefesso,

Unâ cum Competitoribus XII. aliis

die 3. Febr. solenniter collatos,

Præceptorum, Promotorum,

Amicorum.

ANNO 1629.

QVo Corona Magisterii Dat Vr IV VenlbVs.



TYPIS STEINMANNIANIS.



Ieridum ZSCHÜGNERE decus, non infima Phœbi
 Gloria, cor Charitum, delitium Sophies,
 En exis victor superatâ mole laborum,
 Cinctâq; nunc decorat tempora suavis honor.
 Suavis honor surgit durâ radice laborum,
 Ad summa ex imo culmina surgit honor.

Ergò tibi meritos quis non gratetur honores,
 Te quibus ornari turba novena cupit.
 Surgat honor suavis tibi pòst, ZSCHÜGNERE, Magistro,
 Si perges, perget surgere major honos.

amicæ & benevolæ

gratulationis ergò scribebat

Joh. Gerhard D.

QVam Zschügnere tibi confert Salana Tiaram,
 hanc digno tribui nemo negare potest.
 Hæc tua jamdudum doctrina, modestia, virtus,
 integritas, pietas, præmia promeruit.
 His addat quondam cœlestia præmia Jovh,

ut sis Æthereæ pars quoque magna Scholæ!

Johan. Himmel D.

ΟΣΤ' Ελικωνιάδας Μούσας Διὸς αἰγιόχοιο
 θυγατέρας τιμᾶ τὸν Δαμαρτύρομαι
 ὅτι καὶ ὑμναγῶν αὐθις φιλεῖ τε Απόλλων
 καὶ τιμᾶσι πάλαι λαγέεσσιν ἄγχι.
 Σὺ χίγηρες ποιῆς πᾶσι παρὰ δῆγμα Βρετοῖσι,
 μηδ' ἀπορῆσαι τῶν εἰσοράντι θεμῖς.
 Ὡς σὲ γε μᾶσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, φοῖβος Ἀπόλλων,
 ὅρῳ διδασκάλῃ σοὶ γε δέδωκε κλέος.

L. m₃ fecit

M. Paulus Slevogtius Prof. Publ.

A 2

Tschüch-



T *Schüchnere*, non Te mitra, non faces, liber
non te, Cathedræ nec positus, aut annulus,
aut quicquid aliud rituum est solennium,
fecere, ut audis jam, Magistrum. Hæc omnia
novelli honoris testimonia adferunt
externa tantum. Te bonum vis ingeni-
sagax, laborque ac cura gnava, & artium
scientia invidenda fecerunt Sophum.
His grande partum tibi Magistralis decus
nomenque honoris, Ordo quo fulgere Te
jussit Sophorum. Nempe ut umbra corporis,
sic artis & virtutis est honos Comes.
Hunc gratulor, *Tschüchnere*, & augmina apprecor.

*deproper. benevolent:
& honoris ergo*

M. Philippus Horst Orator P. P.

Q Vid, *Zschüchnere*, rogas à me tibi carmina? virtus
Sat valet eximiis insinuare viris.
Si cuncti similes tibi sint, non fucus inerret
Aonidum sedes, paxque sit alma Scholæ.

L. F.

M. Daniel Stahl / Log. & Met. P. P.

Q Vi prece, non merito doctrinæ jura reportant,
plus sibi dedecoris, quamque decoris habent.
Non prece sed merito qui præmia summa reportat,
præmia difficili digna labore capit.
Tu *Zschügnere decus Charitum, virtutis ocellæ,*
non prece, sed merito præmia digna refers.
Jure igitur Lauri summos decerpis honores;
Jure tuo capiti digna corona datur.
Perge ita; sic Patriam magnò maectabis honore;
Et te maectabit Patria amore tua.

id quod vovet suo Zschügnero

M. Hier. Prætorius Prof. Publ.

Præmia

PRæmia *Shlevogtus* tibi confert? lætor in imis
Visceribus, **FILII!** quod mihi læta paras.
Perge, Deo servi, Fratri, Tibi, Discipulisque
Charis, te, spero, Sparta futura manet.
Hoc fiat, voveo, votis det robora Christus,
Atque Patri surgant gaudia mille seni.

*Paterni affectus ergo
misit*

Simon Zschugnerus Senior, Pastor
in Möllen- & Meusselb.

Dispercat Sophiæ nostras qui despicit artes,
Laudetur Sophiam qui studet atque colit.
Vera fides dicti: Si fors exempla deessent,
Zschügnere exemplum tu mihi solus eris.
Gnaviter Aonidum lustrâsti castra Sororum
Hactenus, offertur nunc tibi magnus honor.
Annon magnus honor titulo fulgere Magistri
Præ reliquis? annon laus ea magna satis?
Hanc laudem merito, magnos hos grator honores,
Quos Sophiæ nuper contulit ordo tibi.

Faustæ acclamationis ergo fac.

M. Johannes Stier, Ecclesiæ
Allendorffensis Pastor.

Jam; venerande senex, *Simon Zschügnere*, Minister
fide Dei, Fautor, Frater, Amice mihi;
de Simone, tuæ virtutis, *Nominis*, *Artis*
Herede, ore Tibi gratulor ipse, *Tuo*.
Juvit eum varias *urbes*, *moresq;* notare,
& varias *Artes* discere juvit eum.
Ipsi *Mons Regius*, quem clara *Borussia* monstrat,
Linguarum & *Sophiæ* munera rara dedit.
Jena, *Decanatum Slevogto* ornante *Sophorum*
corculô, ei tribuit jura *Magisterii*.
Hujus & in Templis non vilia dona docendi
Incola Jenensis vidit & hausit amans.

Quid porro restat? *Virtutis; Nominis; Artis;*
Heres ut ipse Tuæ est: Hæres ita in reliquis.
In quibus? His. fiat venturò tempore *Pastor:*
atque *Maritus amans, & Pater*, ore precor.

Amicus, calamus & animus

M. Adriani *Beyers* / Glauchâ-Osterlandi,
Ecclesiæ Jenens. Diac. & Facult.
Philos. Adj.

L Aurum Magistri quòd capis entheam,
Zschüchnere, toto pectore gratulor;
Det Jova lauro faustitatem,
Apprecor, ut vireat per annos!

animi sui affectum cum brevi voto Præstantiss.

Dn. Magistro exponit

M. Johannes Zeisoldus, Amplifs. Colleg.
Philos. Adjunct.

Ann. 1580.

Ann. 1587.

Q Vid facit ô Simon, Simon Pater optimus, oro,
Quondam quem suavem mea Musica novit amicum?
Præceptor Regiseehæ is charissimus olim
Me docuit: solus qui vivit adhuc, Jove dante.
Auditor fidus fueris, tua facta probârunt;
Discipulus crebrò valuit superare Magistrum.
Quantam lætitiâ sensit Natum esse Magistrum!
Si modò vidisset præsens solemnia Jenæ.
Sed sis, mi Simon, doctus felixque Magister,
Quod precor ex animo, Simon Zschügnere valebis.

OrnatVs DeXtrâ SIMon ZsChVgnerVs Inlbat
Ienenses Artels: arte probata patent.

Honoris & gratulationis ergò f.

Georgius Quitschreiber, Cranichfeld:
Pastor Magdalæ, Ostadi
& Meunæ.

Tem-

TEmpore quô campus detonsô vortice friget,
Zschûgnerus captat jura Magisterii.
Hinc plaudo: In sanctum Benedictio depluat orsum,
Orsum, quem largâ fruge J E H O V A beet.
Ter felix vivat, Pyliosque senescat in annos,
Floreat inque Solo, floreat inque Polo.

*Gratulabundus suo Φιλαδέλφω hæc
apponere voluit.*

M. Andreas Prücknerus Coburgo-Franc.
S S. Theol. Studiosus.

Plaudite Vos Musæ, jamnunc ubicunque locorum:
Degitis, & lætæ júbila multa date.
Linquere Pierias, Salanas visere sedes:
Sit vobis cordi, lux hodierna monet:
Quâ sunt conspicui Juvenes è milite vestro
Bis septem electi, queis modò palma datur.
Eminet inter eos Victor Zschûgnerus, & alta
Cum reliquis gratâ præmia mente capit.
Has T I B I cordicitus congrator amicus Amico,
Apprecor & studiis commoda mille tuis.
Exeat inde D E O laus, incrementa que carpat
Patria: Te superi terrigenæ que beent.

F.

M. Matthias Friederich / Theosophia Studiosus

Accipe, quod meritis, Zschûgnere polite, brabeum,
Accipe fervoris præmia læta tui:
Accipe jucundos titulos & signa Magistri,
Accipe, quicquid habet splendidus ordo boni.
Accipe sed paucis etiam mea vota: secundet
Acceptos titulos & tua dona D E U S.

O. F.

J. M. Dilher.

Cre-

Crescunt nunc tituli, tituli nunc undique crescunt
 dignus & indignus, quos petit, ambit, amat.
 Ad placitum forsan dicas licet omnia, omisa
 vel tituli jotâ, nil placuisse vales;
 Immò nulla tibi capies responsa, libellus
 quem tuleras supplex sternitur ante pedes.
 Lividus hic patriæ mos est, ignosce fatenti
 quæ nimis titulis turgida facta nimis.
 Ast alium affectas titulum *Zschügnere* Magister
 quem tua demeruit virtus, & artis opus.
 Te meritò cingit titulò hoc Grynæus Apollo,
 extremus forte es, primus at arte potis.
 Laurea Pieridum digno est sacra Laurea vera,
 Laurea non digno nil nisi Larva mera.
 Ergò tibi Sophiæ profit sacra Laurea vera,
 indignis oberit Laurea sponte suâ:
 Donec Mystra sacer, Tithonia secla sequentur
 hæc tua virtutis digna brabeja cape.

*Adjiciebat affectu benevolo populari
 suo dilecto*

Simon Hoffmannus Regiffcenfis
 Thuring.

Poetische Gratulation

Dem Ehrngeachten vnd Wohlgelarten
Herrn SIMONI Zschügnern/
 S S. Theol. Stud. als ihm auff der löblichen Uni-
 versitet Jena den 3. Febr. Anno 1630. der Gradus
 Magisterii würdig vnd mit Lob deferiret
 worden.

Die Herzen voll Begierd / die embsigen Gedancken /
 Der fest gefaste Sinn / die Augen ohne wancken /
 Das sitzen ohn Verdruss manch lange rawe Nacht /
 Die kalte Morgenstund bis zu dem Abend bracht ;

In

In Frost/getrost: im Schweiß/mit fleiß: mit meditiren/
In hohen Künsten/vnd das stetig exerciren.

Ihr Phoebus Kinder! muß bekennen jederman
Das Tugend nie umbsonst hingehen lassen kan;
Der grünend Lober Cranz ist nicht umbsonst gebunden/
Zum Preis vnd Ruhm/ zur Ehr ist er erfunden
Der edlen Musenschaar / vnd die durch weisen Sinn
Gelehrter Leute Gunst/erlangen mit Gewin.
Herr Tischgesell! bekenn' / hat nicht an dir erfüllet
Die Tugend solchen Preis? Ja/ es ist gestillet
Des Fleisches Ungemach/die harten Tag sind hin/
Die Tag der Mühsamkeit; die Nachten aus dem Sinn
Dern du viel ohne Ruh/ dein Vorsatz zu vollbringen/
Vnd durch die Barbaren des Pöbels dich zu dringen/
Hast hingebacht: Noch jung durchreisest ferne Land/
Von mancher Luft durchweht/von Schnee / See vnd
Sand /

Nur frembder Leute Gunst/Geschickligkeit vnd Sitten
Dich zu erkunden/welch' in deines Lebens mitten
Du nachmal brauchen mögst. Wolan vergessen sey
All Müh vnd Ungemach: ist gnug: von allen frey
Du nunmehr triumphir / erfreu dich deiner Ehren/
Vnd las die Emsigkeit dich nicht mehr so beschweren:
Leg hin den von Stagis, dem Plato gib sein Ruh/
Homerus sey beyseit / den Cicero mach zu/
Vnd denck/woraus/von wem/vnd wie die Freude kömten
Die da bringt dieser Tag: Wie dich in acht genommen
Das wunderliche Glück/das niemand vnrecht thut/
Verzweiffelt hoffen oft noch endlich machet gut.
So gehe nun / geh fort/ thu was der Höchste wil haben/
Nimb an die Ehrenkron / veracht nicht solche Gaben/
Halt sie zu Gottes vnd zu dein vnd deinger Ehr/
Vnd die hochsehnlich Freuden grawen Eltern mehr'

B

Das

Das alte Vaterherk / das seht vor Frewden weinet /
 Vnd diese deine sein Glückseligkeit vermeynet /
 Spricht : Frölich wil ich nun Gott geben meine Seel /
 Weil nicht ein newe doch / ob ich fahr in die Höhl /
 In meinem Namen lebt. Nun ich wil auch voviren ,
 Herr Zschügner ! vñ gemein von Göttern suppliciren ,
 Sie wollen diese Gnad erhalten lange Jahr /
 Vnd mehren ferner auch mit vieler Gaben Schaar :
 Apollo wolle dir Verstand vnd Weisheit geben /
 Minerva Kunst vnd Wis / die Parcen langes Leben /
 Der Pluto Gut vnd Gelt / die Suada Freundlichkeit /
 Vnd lezt der grosse Gott die ewig Seligkeit .

Ubersendet von seinem trewen Tischgesellen

Casparo Rebhan / Hilperh.
 Franc.

Quondam de Silvis sunt qui dixere vetustis
 Non nisi vel stupidos profiliisse viros ;
 Quos penes & pietas , & virtus quæque rigescat ,
 Et quorum Musis mens inimica sacris .
 Occupat hæc animos stabilis sententia multos ,
 Nec caret exemplo res diuturna suo ,
 Ipse ego dum patriis quondam versabar in agris ,
 Francia fructifico quos fovet alma sinu ;
 Fallentes nemorum nigris in vallibus ævum
 Ridebam Faunos Silvicolasque Deos .
 At jam si justis hæc dicta revolvo phalangis ,
 Contraho propositi vela relaxa mei .
 Dum video gelida Musas latitare sub umbrâ ,
 Et Silvas studiis nobilitare suis .
 Unicus è multis possis satis esse catervis
 Zschügner Pierii pars sobolesque chori !
 Cùm tibi natalem Numen concesserit orbem ,
 Inter saxiferos frondiferosque sonos .

Aura

Εὐλογεῖ γλυκερὸν στομάτεξί ΦιλάργουρⓄ ὄλβον.
Ἡ δὲ φιλοπόλεμⓄ τέργον' ἄρηⓄ ἀνήρ.

Ἐυλογεῖ χαρίζαν ἄνευ πολέμοιο γαλήνην
ΔηϊάλωτⓄ, ἀχρὸν καίτε γεωργὸς αἰεὶ.

Ἄυτάρ ἐγὼν ἔτω μὴ, ταῦτα τὰ πάμπαν ὀλέξῃ.

Ἐυλογεῶ μέγιστον μῆποτεν ὀλλύμενον.

Ἐυλογεῶ Μασῶν Γάζας, δωρήματα Φοίβας,

Α' ΖΣΟΥΓΝΗΡΕ καλῶς ἀμφιέπεις κραδίη.

Ἐκθάδεν δ' ἀμπιχόμενⓄ γεράεξί ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

Πάνκαλα δῶρα φέρεις, χάσματα πολλὰ βλέπεις.

Πάντοθ' ἰώ! πάντες πρᾶπίδεξιν ἐλόστες ἐταῖροι

Ἐφροσύνην, νῦν σοὶ δῶρα φέρουσιν ὁμῶς.

Τῆτο τὸ δερκόμενⓄ καὶ γὰρ συγχαίρεμεν ἦλθον

ἘυχόμενⓄ θυμῷ σοὶ κλέⓄ Ἀμβρόσιον.

*Amico, Fautori ac ὁμοσιπύῳ suo suavissimo
gratulabundus adproperab.*

Heinrich-Adamus Wolfius
Schlaizensis.

SI mihi Musa foret facilis conscendere vellem
Montem helicon, simulque tui deducere laudes
Zeli, quo nullo non tempore es haecenus usus
Sanctas ob Musas, ne nomina forsan earum
Clara minus per te fierent, dilecte Magister:
Hinc ita flagraſti studio noctesque diesque,
Ut si non aliqua studuiffes, mortuus esses.
Gressus hosce Deae verum inclementia tardat,
Nullum non aditum mihi quae praeccludit eunti,
Exilem facerem ne laudem hanc viribus impar.
Re interea monstrant nunc, qua sis laude beandus,
Viventes tribuunt ipsae dum semper honores.
Sis diu eis utens: faciat rata vota Jehova.

*Boni affectus ergo scribebat Commensali
& Populari suo dilecto*

Johannes Voß / Salfeldia-Thuringus.

En,

45
EN, *Frater*, capies quæ sunt te digna brabeia!
Hinc affers nostro gaudia summa *Patri*,
Hinc Tibi de toto nunc grator pectore, & opto;
Det Tibi plura Deus, gaudia plura *Patri*.

*Fraterni adfectus ergò scribebas
fratri suo dilecto*

Casparus Zschügenerus.

MAGDALA Te nuper sermone sacro probat ultrò,
Hic pergat, dicunt, fortè Magister erit,
Et sic est factum: porrò quid amice requiris?
Nos volumus, fias Doctor & egregius.

*Dominicus Andreas Quirschreiber /
Jenensis.*

FINIS.





Summ
RE
Dn. D.
GERH
LOGO I
DE

D.
Dn. M. F.
Græcæ & He

Dn. SIMC
Möllenba

Unâ cum
die 3.
Præce

QVo Coro

TYPIS



4.

